



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Litterae Regis Wlcani Diocliae atque Dalmatiae ad Dominum Papam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

cedens pro Palleo institisset, nos atten-
dentes quod ex gratia quam praeditus
eifecerat Cardinalis, devotorem se no-
bis & Romanæ Ecclesiæ deberet in po-
sterum exhibere, fratrum nostrorum ha-
bito consilio diligentem, Palleum ipsi de-
beati Petri corpore sumptum, pontificalis
videlicet officij plenitudinem, duximus
concedendum. Nos igitur ipsum ad
propria cum plenitudine nostra gratiae
remittentes, universitati vestre per apo-
stolica scripta mandamus arque præcipi-
mus quatenus ejus salubria monita &
mandata recipiatis humiliter, & eadem
irrefragabiliter observeris. Datum La-
terani XVII. Kal. Septembbris.

CONSVLIBVS ET POPVLO
Aretinis.

Epiſt. 175.
Cathol. S.
scat. prohibet
redificari.

* Credimus.

Quantus in persona venerabilis fra-
tris nostri O. Ostien. Episcopi
apud castrum montis sanctæ Mariae in di-
vine majestatis offensam, injuriam apo-
stolica sedis, & Cleri torius opprobrium
fuerit commissus excessus, vestra discre-
tio non ignorat. Qualiter etiam in ti-
tulum memoriae sempiternæ castrum
ipsum de mandato nostro funditus
siteversum, ad vestram * nolumus noti-
tiā pervenisse. Verum, sicut no-
stris est auribus intimatum, vos castrum
ipsum reædificare intenditis & memo-
riam vindicari excessus in reædificatione
ipsius penitus abolere. quod si fieret, in
injuriam apostolica sedis & nostram per-
petuò redundaret. Quia vero de vestra
discretione non credimus quod Romana-
nam Ecclesiam lñdere de conscientia
certa velitis, universitatem vestram mo-
nemus & exhortamur attentiùs, ac per
apostolica vobis scripta mandamus, qua-
tenus castrum ipsum nec vos reædifice-
atis ulterius, nec reædificari ab alijs per-
mitatis. Alioquin, quantumcunque no-
bis molestum existeret vos in aliquo mo-
lestare, id non possemus in patientia
tolerare.

LITTERÆ REGIS WLCANI
Dioclae atque Dalmatiae ad Dominum
Papam.

Epiſt. 176.
Se & regnum
sum Pontifici
commendat, &
benovat ut ad
Vngarie Regē
scribat de ex-
plicione hæ-
ticorum.

Beatissimo atque sanctissimo Patri
& Domino Innocentio Dei gratia
faciosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo
Pontifici & universalis Papæ Wlcanus
eadem gratia Dioclae atque Dalmatiae
Rex salutem & devotionis affectum. Ve-
nientibus ad nostram præsentiam Domi-

no Iohanne Capellano & Domino Si-
mone religiosis & discretis sanctæ ca-
tholicæ & apostolicæ sedis Legatis, amo-
do jocundati sumus: quia sicut solis
splendor in virtute sua radians totum
orbem videtur illustrare, ita illorum san-
cta & salubri prædicatione totum re-
gnum nostrum creditur fore illustratum.
Vnde merito dicimus: *Vistavit nos oriens
ex alto.* Illorum itaque probitate &
scientia nos informati, Deo & paternitati
vestre innumeratas grates rependere
curamus, quia tales ad nos misit, qua-
les in voto semper habuimus suscipien-
dos, divino munere præditos, quia om-
ne datum optimum & omne donum per-
fectum defūsum est. Præsentatis igitur
litteris vestris, intelleximus quia postu-
lationibus nostris apostolatus vestri beat-
tudo misericorditer acquievit. Vnde nos
cum magna animi devotione præce-
pimus ut per totum regnum nostrum
omnia quæ secundum Deum sunt ordi-
nent & confirment; quæ autem contra-
ria sunt, juxta illud propheticum, evel-
lant & destruant. Accedentes itaque ad
locum ubi antiquitus Concilium cele-
brari solitum fuit, sanctam synodum ce-
lebrare studuerunt, de virtutis & virtutibus
subtiliter differentes, in communī
Deo & beatissima Maria perpetua vir-
gini & beato Petro Apostolorum princi-
pi nec non & apostolatui vestro laudum
præconia persolventes. Interea noverit
paternitas vestra, quia augustali stemma
te undique insignimur, & quod glorio-
sius & beatius est, vestri generosi langui-
nis affinitatem habere cognovimus. Ig-
itur innotescimus quia in voto habuimus
nunc legatos nostros ad pedes beatitudi-
nis vestre transmittere. Sed quia terram
illam turbatam esse audivimus, facere
non potuimus: quia vestris Legatis ubi-
que debita reverentia exhibetur: sed no-
stri, dum illuc ire voluerint cum ma-
gna honoris magnificentia, damna for-
sitan & exitium patientur. Sed dum
opportunum aut cōgruum tempus affue-
rit, honorificentius faciemus: qui san-
cta exhortationis vestre verba perfe-
rant, quæ dulciora nobis sunt super mel
& favum. Siquidem sperantes, & certum
tenentes, quia ex quo Vicarius Domini
nostrí Iesu Christi existis, ipse per te no-
bis aditum regni celestis aperire digne-
tur. Et quia nullo in hoc seculo indige-
mus, multum rogamus ut pro nobis pec-

LII ij

452 Epistolarum Innocentij III.

catoribus preces ad Dominum fundatis. Demum verò paternitatem vestram nolumus latere quia hæresis non modica in terra Regis Vngariae, videlicet Bessina, pullulare videtur, in tantum quod peccatis exigentibus, ipse Bacilinus cum uxore sua, & cum sorore sua, qua fuit defuncti Mirosclovichemensi, & cum pluribus consanguineis suis seductus, plusquam decem millia Christianorum in eandem hæresim introduxit. Vnde Rex Vngariae exacerbatus, illos ad vestram præsentiam compulit venire à vobis examinando. Illi autem simulatis litteris redierunt, dicentes à vobis concessam sibi legem. Vnde rogamus ut Regi Vngariae suggesteritis ut eos à regno suo evellat, tanquam zizania à tritico.

LITTERÆ B. MAGNI IUPANI totius Serviæ.

Epist. 177.
Se Pontifici
offert atque
commendatur.

Innocentio Dei gratia Summo Pontifici & universalis Papæ Romanae Ecclesiæ beatorum Apostolorum Petri & Pauli, S. eadem gratia & sancta oratione vestra Magnus Iupanus totius Serviæ salutem, tanquam patri suo spirituali. Litteras sanctitatis vestræ recepimus, & bene intelleximus ea que venerabiles Legati vestri, scilicet Iohannes Capellanus & Simon Subdiaconus, tam in litteris quam in ore eorum narraverunt nobis. Gratulamur itaque magnæ sanctitati vestræ quia non tradidisti nos in oblivionem filios tuos, sed recordatus es de nobis. Nos autem semper consideramus in vestigia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut bona memoria pater meus, & præceptum sanctæ Romanæ Ecclesiæ semper custodire; & in proximo legatos nostros vellemus transmittere ad sanctitatem vestram. Nos autem locuti sumus dictis venerabilibus tuis Legatis, quoniam ipsi cum ore eorum narrabunt sanctitati vestræ eloquia mea.

LITTERÆ I O H A N N I S Dioclien. & Antibaren. Archiepiscopi.

Epist. 175.
Gratia sagit
pro transmiso
Pallio, & quid
Legati aposto-
lici in corri-
gendi moribus
effecerint de-
clarat.

Vide suprà lib.
1. epist. 525.
535.

Santissimo Patri & Domino Innocentio Dei gratia Summo Pontifici Iohannes Diocliensis & Antibaren. Ecclesiæ humilis minister, tam debitam quam devotam obedientiam. Gratias uberes refero sanctissimæ paternitati vestræ de honore Pallij & pontificalis officij plenitudine, quam mihi per Dominum Iohannem & Dominum Simonen

familiares & Legatos vestros concedere dignati estis. Ego autem omni tempore vite meæ ad devotionem vestram & fidelitytem sanctæ Romanæ Ecclesiæ promptum habeo animum modis omnibus & paratum. Notum siquidem facio sanctitati vestræ quod prefati Legati vestri ea quæ corrígenda & ordinanda fuerunt, ita cum prudentia & honestate per Dei gratiam ad honorem vestrum & sanctæ Romanæ Ecclesiæ tractaverunt, quod Dominus Rex & totus populus eorum opera commendantes, ad pedes vestræ sanctitatis effecti sunt modis omnibus promptiores. Ego verò in proximo nuntios meos ad pedes vestræ sanctitatis transmittam, qui devotionem meam paternitati vestræ pleniū declarabunt.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Nos Iohannes Capellanus & Simon Subdiaconus Domini Innocentij Papæ tertij, apostolice sedis Legati, ad evellenda nociva de agro dominico, & virtutum plantaria utiliter inferenda, videntes plura in Clero & populo Dalmatiae & Diocliae corrígenda, de sanctorum patrum Conciliis decreta praesentia duximus innovanda.

I.

In primis itaque decernimus ut nullus Episcopus aliquem ad sacros ordines per pecuniam promovere, seu ecclesiastica beneficia alicui pretio interveniente concedere presumat. Cum enim Dominus præcepit Apostolis, *Gratis accepisti, gratis date*, & Spiritus sancti gratia venalis esse non possit, quæ in sacrâ confertur ordinibus, gravi puniendus est pena qui Spiritus sancti dona venalia exponere non veteret. Quocirca praesenti decreto statuimus ut quicunque Episcopus hoc agere coniugis fuerit, omni ecclesiastica careat dignitate, & sine spe restitutionis tam ille qui dederit, quam ille qui scienter sacros ordines pecunia interveniente repperit, perpetuo deponatur.

II.

Cum Domini Sacerdotes, & hi qui sacro altari deserviunt, continenter vivere debeant, juxta illud, *Mundamini qui fertis vas Domini, in partibus Dalmatiae atque Diocliae Sacerdotes & uxores habere & ecclesiæ tenere dicuntur. Quocirca praesenti decreto statuimus ut Sacerdotes & Diacones ante suscepimus officium, nisi eorum conjuges in manu Episcopi votum fecerint continentia, uxores habentes, cum ipsis maneat, & Ecclesiæ dimittant. Non enim possunt secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ manentes in conjugio, nisi defunctis uxoribus, aut continentiam voventibus, si digni inventi fuerint, ad sacerdotium promoveri. Illiverò qui post suscepimus faceretij vel diaconatus honorem, adulteris potius quam uxores accepisse probantur, nisi eas dimiserint, & dignam egerint penitentiam, ab officio & beneficio ecclesiastico sicut penitus alieni. Prohibemus etiam ne aliquis Episcopus, nisi in quatuor temporibus juxta sanctorum patrum constitutionem,*